



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Enchiridion Piarvm Meditationvm In Omnes Dominicas,
Sanctorvm Festa, Christi passionem, & cætera**

Busaeus, Johannes

Mogvntiæ, M. DCVI.

13. Nazareni Christu[m] volunt præcipitare. Matth.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70978](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70978)

*Nazareni Christū voluere precipitari.**Matt. 13. Maro. 6. Luc. 4.*

1. **I**ESVS ingressus Synagogam in patria sua explicato loco Isaia aplicuit librum, dicens *Hodie impleta est hac Scriptura.* Considera Iesum noluisse initium prædicationis & miraculorum facere in patria Nazareth, ne videretur ad id potius humano in populares affectu, quam puro animarū zelo permotus. Noluisse tamen omnia illis præsidia subtrahere, tum quod lege quædam nature dilectionisque ad id esset obligatus, tum quod officium eius esset omnes ad salutem vocare. 2. Cōsidera eum post quædam ex Isaia lecta aplicuisse librum, vt indicaret non omnia omnibus promiscuè prædicanda, sed habendam rationē capacitatis auditorum. Deinde nō dixisse ea de se scripta, sed tunc esse completa, vt indicaret, quam modestè de rebus ad laudem vel honorem nostrum pertinentibus loqui debeamus.

2. *Et omnes mirabantur eius doctrinam, dicentes. Vnde huic sapientia, nonne hic est faber, filius Maria? & scandalizabantur in eo.*

Con-

Confidera stultos Nazarenos indignari Christo ob parenteleꝝ humilitatem, atque si homo sapiens, & miraculorum patrator non possit nasci ex humili prosapia, cū & David tot regū radix, & Moses ex humili pastorum stirpe orti sint. Deinde recte Christū ab iis dici fabrū, vel filium fabri, quia filius erat fabri illius magni qui fabricauit totū orbem terrarū. 2. Cōsidera, cur cum Nazareni petierint etiam signū aliquod exhiberi in patria sua à Christo, sicut fecerat in Capharnaum, tamen non fecerit. Nēpe, quia ex vanitate petierant, ne ipsorum ciuitas videretur contempta præ alijs: deinde, quia cum esset sanctus sanctorum & alij sancti Christi parentes apud eos nati, tamen, velut ingrati, tātum beneficium nihili fecerūt, & vnde moueri debuerant, vt Christum magni facerēt, nempe ex doctrina admiranda & miraculis inde ansam arripuerunt eū calumniādi. Sed mirum non est Nazareth non cognouisse suum Christum, cum nec mundus, teste sancto Ioanne, cognouit.

Ioā. 1.

Iesus dixit eis. Nemo propheta acceptus est in patria sua. Et repleti ira eiecerunt eum vrbem, & in montem duxere precipitandum. Ipse autem per medium illorum ibat. Confidera

Z s dera

dera CHRISTVM non calare veritate Nazarenos, etiã si sciat illos agrelacur quia magno beneficio afficimur, dum nobis nostri defectus & imperfectiones profunt, licet illud nõ agnoscamus. Nazarenos autem qui Christo ideo mortem intarunt, imitantur omnes illi, qui conatores & doctores veritati patrocinites persequuntur. 2. Considera, Christum præcipitare se conantibus non resistit sed quiete per medium illorum transit, ut discamus iniurias nobis illatas distinare, & aliorum malignitatem patienter vincere.

MEDITATIO XIV.

*De electione 12. Apostolorum. Marc. 13.
Luc. 6.*

I. CVM Iesus in oratione pernoctavit in monte, vocavit ad se discipulos, & elegerit duodecim, quos & Apostolos nominavit. Considera, CHRISTVM digressum suis in solitarium locum precandi, totamque noctem in precibus consumpsisse, non quod ipse indigeret hac præ-